

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Wyższego Seminarium Duchownego w Kielcach, sygn. RK 45/28, k. 101

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 53 [Gn. 51]

[53] C[apitulum] LII. Omnis<sup>a</sup> querimonia aut testima, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptem<sup>b</sup> protestare opportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que non monomochalia fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivus cum furtu aut spolio, deprehensus ducitur<sup>c</sup> ad iudicium cum clamore. Eiam manifestum esse dicitur factum, ubi viro gladius aut cultellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerint [s], cum qua pacem infregit, aut si fugator deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus<sup>d</sup> vincere opportet circa ius pacis. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et violenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probet homo metseptimus<sup>d</sup> [/] protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia debet sic procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem fregit seu violavit, et me stupravit et spoliavit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, ut de iure debo, et requiro in sentencia diffinita, quomodo ego ipsum vincere debeam, ut michi profficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisfaccionem, si vult, quam sibi facere opportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinita, si mulier violenciam melius protestare poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Hiis tunc diffinitur de iure, quod possit ipsum possibilius vincere cum hiis,, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et si hoc [/]<sup>e</sup> protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

<sup>a</sup> ozdobny inicjał O wysokości dwóch wersów, in rubrum; <sup>b</sup> metvii; <sup>c</sup> wyraz poprawiony z duditur; <sup>d</sup> metviius; <sup>e</sup> zamazana litera

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]